τὸ δὴ ἀνθὲς ὑστέρας. τὸ δὲ ἀτελὲς μέγεθος, γένεσι μὲν πρότερον ὅτι, τῇ οὐσίᾳ δ' ὕστερον, ὅτι ἄψυχον ἐμψύχου. ἔτι πάνυ καὶ ποτὲ ἔστι ἓν τὰ μαθηματικὰ μεγέθη, τὰ μὲν δὲ ἀπαθῆ, ψυχῇ ἢ μέρει ψυχῆς, ἢ δηλονότι τινὶ δουλόμενα. εἰ δὲ μή, πολλὰ διδυέτεται. ἐκείνοις δὲ διαρετοῖς καὶ ποσοῖς οὖσι, τί ἄπορον τοῦ εἶναι ἓν καὶ συμμένειν; ἔτι αἱ γένεσις δυκόδυν, πρῶτον μὲν γὰρ ὅπῃ μῆκος γέγνεται, εἶτα ὅπῃ πλάτος, τελευταῖον δὲ εἰς βάθος, καὶ τέλος ἔχει. εἰ δὲ τὸ τῇ γένεσι ὕστερον, τῇ οὐσίᾳ πρότερον, τὸ σῶμα πρότερον αὖ εἴη ὅπῃ πέδου, καὶ μῆκος· καὶ ταύτῃ καὶ τέλειον, καὶ ὅλον μᾶλλον, ὅτι ἔμψυχον γέγνεται. γραμμὴ δὲ ἔμψυχος ἢ ὁπῇ πέδου, πῶς αὖ εἴη; ἀπορεῖ γὰρ τοῖς αἰσθήσεις τοῖς ἡμετέραις αὖ εἴη τὸ ἀξίωμα. ἔτι τὸ μὲν σῶμα οὐσία τίς. ἢ δὴ γὰρ ἔχει πῶς τὸ τέλειον. αἱ γραμμαὶ, πῶς οὐσίαι; ἔτι γὰρ ὡς εἶδος καὶ μορφή τις, εἴ τι ἄρα ἡ ψυχὴ τοιοῦτον ἔστι ὡς ἡ ὕλη, εἴη τὸ σῶμα. οὐδὲν γὰρ ἐν γραμμῇ, οὐδὲ ὁπῇ πέδου, οὐδὲ στιγμῇ φαίνεται συνίστασθαι δυνάμενον. εἰ δὴ τοῦ οὐσία τις ὑλικὴ, τοῦτ' ἂν ἐφαίνετο δυνάμενα πάρεξ. τῷ μὲν οὖν λόγῳ ἔστι πρότερα· ἀλλ' οὐ πάντα ὅσα τῷ λόγῳ πρότερα, καὶ τῇ οὐσίᾳ πρότερα. τῇ μὲν γὰρ οὐσίᾳ πρότερα, ὅσα χωριζόμενα τῷ εἶναι ἐνδέχεται τῷ λόγῳ δ', ὅσων οἱ λόγοι ἐν τοῖς λόγοις· ταῦτα δ' οὐχ ἅμα ἀναιρεῖ. εἰ γὰρ μὴ ὅτι τὰ πάθη παρὰ τὰς οὐσίας, ὅτι κινούμενόν τι ἢ λευκὸν, τὸ λευκοῦ αἰδρόπου τὸ λευκὸν πρότερον κατὰ τὸν λόγον, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν. οὐ γὰρ ἐνδέχεται εἶναι κεχωρισμένον, ἀλλ' ἀεὶ ἅμα τῷ συνόλῳ ὅτι. σωμόλον δ' λέγω, τὸν ἄνθρωπον τὸν λευκόν. ὥστε φανερὸν, ὅτι οὔτε τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως πρότερον, οὔτε τὸ ἐπὶ προσθέσεως ὕστερον. ἐπὶ προσθέσεως γὰρ, τῷ λευκῷ ὁ λευκὸς ἄνθρωπος λέγεται. ὅτι μὲν οὖν οὔτε οὐσίαι μᾶλλον τῶν σωμάτων εἰσὶν, οὔτε πρότερα τῷ εἶναι τῶν αἰσθητῶν, δηλὰ τῷ λόγῳ μόνον, οὔτε κεχωρισμένα που εἶναι δυνατὸν, εἴρηται ἱκανῶς. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδέχεται αὐτὰ εἶναι, φανερὸν ὅτι ἢ ὅλως ἐκ τοῦ ἐστιν, ἢ ὅτι τινὰ ὅτι, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἁπλῶς ὅτι. πολλαχῶς γὰρ τὸ εἶναι λέγομεν.

secundum autem veritatem posteriores. Siquidem imperfecta magnitudo, generatione prior, substantia posterior sit, vt inanimatum animato. Item, quo, & quando magnitudines mathematicæ vnum erunt, quæ quidem interdum animæ aut parti animæ, aut alicui, quæ particeps est rationis, insunt: quod si non, multa erunt, ac dissoluentur. Illis verò (cùm diuisibiles, quantæque sint) quidnam causæ est, vt vnum sint, coniunctæque maneant? Item ipsæ etiam generationes hoc manifestatæ quandoquidem quod primum est, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finem nactum est. Si itaque substantia prius, quod generatione posterius est, corpus profectò tum superficie, tum longitudine prius erit: & hac ratione perfectum magis, atque totum, quia sit animatum. Linea verò, siue superficies, quonam modo animata erit? Super nanque nostros sensus, hęc certè postulatio erit. Item, corpus quidem substantia quædam sit, quippe quod iam perfectionem quodam modo habet, lineæ verò quonam modo substãtiæ erunt? Nec enim vt species, & forma quædam, veluti si anima sit, quod tale est: nec vt materia, veluti corpus. Nihil enim ex lineis, neque ex superficiebus, neque punctis videtur consistere posse. Atqui si qua materialis substantia esset, hoc pati posse profectò videretur. Ratione itaque prior sit. Non tamen omnia quęcunq; ratione priora, substantia quoque priora sunt. Substantia nanque priora, quæcunque separata, excedunt essentia. Ratione verò iis, quorum rationes ex rationibus: hæc autem non sunt simul. Si enim passiones non sint præter substantias, veluti quoddam motum, vel album, homine albo secundum rationem albedo prior est, non secũdum substantiam. Non enim potest separata esse, verùm semper vnà cum toto est: dico autem, totum hominem album. Quare manifestum est, neque prius esse, quod ex ablatione est, neque posterius, quod ex appositione est: ex appositione nanque, ipsa albedine albus homo dicitur. Quòd igitur nec substantiæ sint magis, quàm corpora, nec essentia sensibilibus priora sint, verùm sola ratione, nec vsquam esse separata possibile esse, satis dictum est. Cùm verò nec in sensibilibus ea esse contingat, manifestum est, quòd aut omnino non sunt, aut modo quodam sunt, & ob hoc non simpliciter sunt. Multipliciter nanque ipsum esse dicimus.